

NOVUM
MARIS FLUXUS SYSTEMA
ALOYSII DE SANGRO
Marchionis S. Lucidi.



NEAPOLI MDCCCLXX.

Ex TYPOGRAPHIA RAYMUNDIANA

Superiorum licentia.

Errata

Correcta

Pag. 14. Secundæ Dis-

sertationis penetrare penetrari

Pag. 20. Ejusdem Aquæ vero maris in compressionem fluxus redactæ censeantur in tot folia distributa quolibet eorum bituminibus , aliisque id generis , ut ita dicam fucato ultra maritimum salem , qui ex semetipso intactum corpus etiam tuetur , uti demonstratur ex carne porcina , quæ falsa diutissimè asservatur . Sed hæc innumera aquarum folia tenacia sunt , hinc strictè adhæsa glutinari simul debent , ac glutinantur , cumque cuncta uniter plectantur una firma , ac valida fieri potest tota earumdem aquarum moles æstus quasi solida , ita ut operetur semper talis etiam ; quod ita sit , habetur pagina 18. 19. Secundæ Dissertationis ex æstu , qui Ulyssipone evenit motu Terræ non orientis Lunæ causa . Nam pro eo æstus ipse auit etiam liberè per solidæ viæ tramitem in publicum ingredi vectigal , quo postquam maxima damna intulerat per eudem tramitem in mare remeavit , ex quo evidenter demonstratur robustus , ac validus effici tenacitate compressus fluxus , dum per solida progreditur , operatur ,
re-

rediitque . Quod in quasi solidum aqua redagi possit mixta per res tenaces in quodlibet folium habetur ex pulte , quæ super juscum in patinam extenditur , ob rerum tenacitatem qua plexis simul tot innumeris foliis ejusdem uti chartarum quasi immensa congeries formari pollet pene solida fluxus materia , aut ad instar argenti vivi massæ , quæ ex se adstans optime sustinetur .

Itaque fluxus marini Dissertationis , causis nihil deficit nisi hominum approbatio , si velint , excogitata quidem nova sunt nondum a creatione Mundi dicta , nec probata , uti ego demonstravi sed ad gloriam Dei nostri , qui meus amor est , & Beatissimæ semper Virginis Mariæ Dei Genitricis Matris nostræ per Joannem Apostolum significataæ .

DISERTATIO II.



Uamquam investigando causas , quæ Maris fluxum erigunt , invenerim , easdem tamen initio sub silentio abdere æxistimavi : Nam etsi demonstrentur ; Nihilominus pro certa habita ab Academiis Newtonis opinione , omnino negligerentur .

At animadvertisens , quod eas celando maximum Reipublicæ Scientiarum detrimentum afferrem . Quoniam illa erroneum falsumve insequendo , verum probatumque ignoraret , per quod innatare poterit semper error , ac veritatis ignorantia .

Volui rejecta attractione , cau-

fas fluxus modo patefacere , cum
suadear nota fecisse Deum rudi-
bus, atque ignaris (quos esse in-
terfateor) ea , quæ Sapientibus
prorsus abscondidit.

Revolvens igitur Ego inter me,
& meipsum solum , quomodo idem
æquoris fluxus tam altè sublevari
possit, casu vidi in publicis pro-
fundisque horreis frumenti tumu-
lum valdè sublimem , saginatum ,
nec non in ovatam formam re-
daëtum , qui à cophanis eodem
frumento plenis ab alto per mul-
tum horarum intervallum dejecto
conditus erat ; Ex quo excogita-
vi , quod sicuti tumulus per pro-
jectionem frumenti , ita æstus per
plurimum aquarum lapsum à su-
perficie Maris deorsum cadentium ,
similiter erigi posset .

Consideravi igitur , quod lapsu-

tantum substolli nequeat, unde aliæ requirantur causæ, hinc Primo lapsus ipse, qui nonnisi per elasticitatem fluctuum potest effici, ac efficitur; secundo prædicta elasticitas, quæ operatur cum fluctus à litore cito regredientes, cum aliis offendendo se approximantibus necessario cæduntur, per quod multa eorumdem quantitas quolibet instanti delabi cogitur, unde duas æstuum causas inter cæteras lapsum, atque elasticitatem imprimis esse existimavi.

Verum cum amplum æquoris spatiū elevationi fluxus opponatur; Nam aquæ cadentes se reptendo in idem spatiū ubique dilatantur, hinc simul colligi, ac substolli interpediuntur; In strictiori situ, breviorique solummodo reor posse sublevari, ideoque ter-

tia æstus causa situs angustia , atque brevitas censenda est , nempe sinus , & fretum : Quarta est fluctuum compressio , quoniam obstricta elevari fluida videntur . Quinta Aer , qui cum sit symbolicus aquæ , ideoque in hac multo magis residendus est , quam in aliis corporibus sua proprietate sursum semper tendeudi fluxum , quo inest , debet necessario substollere . Ultimam esse censeo fluctuum tenacitatem , quæ eorum particulas arctè obstringendo altas substinet , ac etiam sublevat .

His sex igitur causis sine ulla foliis , & Lunæ attractione æstum plus minus altum substolli posse consideravi ; Unde uti Archymedes inveni , dixi , inveni ; Referatur enim ille , dum differentiam ponderum aureæ , argentæque corona

ronæ meditabatur , animadversa
majori ea Auri aquæ effusione è
balneo erigens , clamasce inveni ;
inveni. At ut illæ memoria fa-
cilius retineantur versibus contraxi.

Sunt causæ virtus elasta lapsus aquarum;
Sunt pariter situs , unda tenax.
Compressio , & æther.

Animandvertenda tamen sunt :
I. quod dum ad instar aquei col-
lis substollitur , fluxus , nuncupe-
tur , quia refluxui respondet , &
restrictio aquarum , quam edocet
Doctissimus Pater Yacquier non-
nisi aquarum acervus significat :
II. Quod Ventus cùm excitatur
præcipue uti folet per Lunæ Ma-
chinam , efficiat , ut fluxus altè sub-
levetur . III. Quod Mare flucti-
bus nunquam diminui videatur :
IV. Quod Undæ per plurimam si-

mul earumdem copulam volumina
nominentur. V. Quod denique in
hac Disseratioue Parisiorum pe-
de utar.

His igitur præmissis ad cuius-
libet causæ probationes accedamus.

C A P. I.

De Elasticitate fluctuum, eorumque lapsu.

Clarè inspicitur in fluctibus
elasticitas, nam ii observan-
tur plus minus violenter ire assi-
due, & redire, per quod cum
aliis se offendendo cædendi sunt,
atque cæduntur, ideoque tam est
evidens, ut non alia indigeat pro-
batione.

Lapsus vero ob eamdem con-
se-

sequitur , cum fluctus alteris ob-
viam euntes inter se necessario
contundantur , contusi necessariò
pariter delabi debent . Id licet
consentaneum sit rationi , experi-
mento tamen comprobatur .

Oblinatur ceris extentæ textri-
næ Tela , cuius medium uncias
circiter octo latum àb unctione
eiusdem ceræ excipiatur ; Subter
hoc medium prægrande Marsu-
pium circumcirca sutatur ; Indè
super telam ceris tantum oblini-
tam ex uno alteroque vertice a-
quæ violenter proiiciantur ; Hæ
utrinq. in medium celeriter con-
venientes cæduntur , per quod in
Marsupium deorsum decidunt , eo-
que diu perseverante , dissutum
tandem aqua repletum totum re-
peritur . Sicuti id igitur in ex-
perimentum accidit , ita similiter
in

in voluminum lapsum eveniendum est.

C A P. II.

De Angustia, & brevitate Situs, nec non de compressione voluminum.

QUOD sit necessum situs æstus, brevisque ut conficiantur in Mari fluxus; Demonstratur primo ex amplis æquoribus, quo æstus nunquam substollitur, & in promptu est experientia tam nostri Parthenopæi æquoris, quam Bajani portus, quibus fluxus nequaquam sublevantur. Secundo iidem videntur a surgere, ubi brevis, angustusque sit situs, ut Puteolis, sicuti Ego ipse

ipse vidi , quo nuncupantur vulgo i Ponti , ubi Rex noster navim conscendit ad Prochydam se conferendum pro Phasanorum venatione , ibi enim nimirum fluxus quotidiè elevatur ; hic animadvertisendum fluxu mediterraneum non abstineri . Tertio . Confirmatur id ex auctoritate Bernardi Warenj. optimè conscientis aucti-
stuum , uti Celebris **Geographicus** in sua **Geographia** cap. XIV. pars absol. , qui in loca strictiora , brevioraque id est in sinum , & fretum afferit fluxum tantummodo substolli , ita ut ea æquora , quæ sinu , & freto carent , fluxu pariter orbentur .

Sinus autem breves solent esse , quia aut naturaliter brevitate constructi sunt , aut eorum fundus materiis illuc adductis , quæ ibi sunt

sunt semper persistendi, effertur, ac
ità brevis evadit. Probatur id ex
litoribus, quæ impleri videntur
arena, postquam proximè æquori
Capsæ, quæ vulgò dicuntur, ædi-
flicantur, ut ut hic propè Mare
visum est via, quæ nova nuncu-
patur; Animadvertendum interim
est quod, cum tam alta fiant li-
tora, confectaque, ut permagna
fluctuum copia super illa Scan-
dere non possit, parva altera,
quæ ascendit quantitas, arenâ
quasi depleta refutatur; sic igitur
firma sine augumento stabiliun-
tur. Itaque materiae pariter ne-
queunt super sublimitatem fundi
eo elato amplius ascendere, un-
de recedi per fluctus ipsos co-
guntur.

De Compressione verò habetur
demonstratio ex Machinis jochy-
drau-

draulicis , à quibus vidi Tibure
 Æstensi rure turbinem aqueum
 elevari usque ad altissimam eju-
 sdem ruris ædificii summitatem ;
 Ille enim turbo non nisi per com-
 pressionem aquarum inferiorum
 substollitur , nec aliter esse potest ,
 quia cum proprietas aquæ sit se
 dilatandi , aut saltem præferen-
 di , Elevari tamen nequit nisi for-
 titer constricta , atq. compressa ;
 hinc oportet ut non minus à foli-
 dis quam ab ejusdem sui generis
 specie comprimatur .

Sed fiat aliud experimentum ,
 ut necessitas comprimendi fluxum
 clarior appareat ; scilicet replea-
 tur aquis Diota , & in medio
 fundi ejus paleæ fistula recta glu-
 tinetur duplice in ejusdem basi
 spiraculo reserato , per quæ ni-
 mirum spiracula inferiores aquæ
 pe-

penetrare possint . Sit intus circumcirca plumbea lamina , quæ aquam diotæ totam coarctet , ac fortiter opprimat , Videtur statim sifunculus altior elevari ; En necessitas , & compressionis effectus , hic animadvertisendum , quod compressio , etsi sit superna , agit tamen solummodo per latera , uti in diota .

Aquæ vero ut subleventur duo quidem modi compressionis Adhibendi sunt , scil . aut desuper opprimantur , aut per latera fortiter arctentur .

Compressio , quæ volumina jam in medium defluxa urget , per latera tantum operatur , cum tenaciores aquæ , atq . inferiores , quæ ea obstringunt non solum ab ingenti ipsarum copia , sed à solidis nempe à triplici latere compref.

pressæ, & ab aquis ipsis, quæ inter unam, & alteram faucium quotam arctè compactæ solidorum munus adamussim exequuntur, plus ac nervosæ comprimunt volumina, Aquæ vero Commissæ, atque coagmentatae validè substantientur, non minus à propria arcta earum interjectione, quam ab externis ejusdem generis, quæ motu æquoris superno utentes, atq. per eum commotæ, tempore refluxus erga easdem fauces assiduè catervatim calcantur ; Et re quidem vera si duo parvulæ, humilieisque Zotheculæ una post alteram aqua plus ac abundanter repleantur, totumque secundæ etiam ostium (& sint maritimæ, uti tenaciores) sitque primæ post ubi jam aquæ immisæ sunt clausus omnino exitus, habitoque desuper spiraculo, vi-
 de-

detur quod neque gutta secundæ poterit in primam dispergi, plenaque hæc tota asservabitur. Sic quoque in sinus fundum aquæ interclausæ debent asservari.

Animadvertisendum tamen est, quod intermediæ faucium aquæ tum corruunt, cum sint ab assiduis submotæ molis repulsionibus, seque complanando faciliorrem eidem moli aditum præbent pro ejus progressu erga Meridianum.

Quod inferiores supernis firmiores sunt, habetur ex pescatorum testimonio nostri suburbii S. Luciæ qui subtus Mare sapidas frutices carpentes asserunt aquas infra tam firmas esse, ut super easdem recti ipsi adstare possint tamquam super pavimentum; Unde eæ ni solidæ quasi solidæ tamen

men excentur , proinde ad volumina vehementer comprimenda sunt plus ac aptiores per quod ea fortiter comprimuntur; illis etiam additis plurimis* plurimisque voluminibus, quæ deorsum cujuslibet instantis spatio præcipitant , scilicet per viginti & unum mille ultra sexcentum, sex nimirum horas, hæc cum tam indicibilis copia voluminum tota in medium fundi sinus defluxa coacervetur, comprefſioni summoperè favet , reductaque ea in molem tam prægrandem , validè quoque premit; unde dant vicissim , petuntque simul; per quod est quam maxima necessariò compressio.

Quod lateralis ipsa ultra aerem , ac tenacitatem æſtum sublevet , quin præferre, ac substineri ejusdem molem efficiat. Videlur ex ipsamet altitudine , eo-

demq. ejus progressu, alias ni vehementer comprimeretur , totus uti fluidum fluxus statim solvi deberet.

Quod denique eadem compressio in æstum operetur , patet ex duobus fluxuum demonstrationibus qui Ulyssipone evenerunt spatio terribilium prope Mare motuum Terræ Anno salutis millesimo septingentesimo quinquaginta quatuor ; Quin cum iidem procedendo, ac recedendo plures actiones egerunt , eas fieri non posse nisi per compressionem solummodo ostenderunt: Primus altus evenit sexaginta circiter pedes major illo Bristolii viginti, cæterisque ; Præfatus igitur fluxus januis publici vectigalis per Terræ concussions dejectis idem invasit , & per ipsum ambulando cuncta ejusdem mercimonia miserrimè cor-

ru-

rupit. Deinde eadem altitudine, qua discesserat, regressus est; secundus ipsamet pariter sublimitate rudentes transiliendo omnino disruptus, rediitq., quo incæpit. Hæ æstuum moles tam altè semper rectæ non nisi per solam partium compressionem substineri evidenter additant cum fluidæ utræque fuissent, Et per eamdem actiones exercuisse demonstrant.

At Historia Amsterodam edita non æstus, sed undas fuisse refert, quia censuit illos eleganter ita nuncupandos, sed undæ neque rudentes uno exili transitu discindere, neque cuncta mercimonia, quæ publicum vectigal occupabant eundo simul, & redeundo semper rectæ poterant corrumtere, quia cum basis earum multò debenda esset exilis, parumque ideo gravitaretur; hinc ea damna infer-

re illæ præpediebantur; Et è contra poterant æstus uti Aætensæ gravesq. moles cuncta haud difficile exequi. At eja age , undæ sint ; Undæ igitur cum tam altæ procedant, temporisq. intervallum impendant, Oportet, ut comprefſione necessario utantur , alias statim dispergerentur . Itaque quoquaversus compressio circumſpicia- tur , necessaria ad fluxum erigen- dum caufa requiritur .

C A P. II.

De Aere , & ſuctuum Tenacitate.

OPortet, quod ab aeris Crea-
tione , five ut melius di-
cam , eductione, nec non ab ejus-
dem

dein proprietatis discretione inchoemur , ut eis clarè cognitis , quam præcipuè & necessariò favere Aer æstuum erectioni dignoscatur .

Aerem eduxit Deus ex aqua ; cum divisit aquas ab aquis , quæ erant sub firmamento ab his , quæ super illud , scilicet permutavit supernas in aerem reliquasque , ut creaverat , subter reliquit , ac ita & non aliter , Aeris enim creatio , sive eductio nullibi reperitur in Genesi enunciata , licet fuit eductus , alias non extatet sed pro ejus eductione , Legitur solum hic textus , qui unicè interpetrari potest ex aqua aerem eruisse id est divisit aquas ab aquis , tunc itaque fuit eductus non alibi ; Nec mirum quod sejunxit aerem ex aquis , dum à testibus asseritur quod Divus Vin-

centius Ferreri eis admirantibus in pauperum Taberna vinum separavit ab aqua ; Velint nolint Etherodoxi, Quod nihil interest . si hoc à Sanctis, quid à Deo effici potest ? Insuper quod aer ex aqua reducitur , clarè apparet ex chaldario aqua pleno , ac igni superimposito , nam cum sit aer eidem symbolicus , videtur servente aqua chaldario aperto idem ad instar fumi exhalare , sicuti eodem actu in tot guttas sub concavo operculo ipse adaptari .

Habetur etiam ex exhalatione aeris ab æquore , dum deinde in pluvias descendit .

Probatur denique eductio a Domino peracta quia ubi fuit in initio Creationis aqua , ibi aer residet , nempe ex illo temporis intervallo idest cum divisit aquas ab aquis ; unde si in præsentiarum inest .

inest, semper esse debebat, ac debuit, ergo vera tum fuit eductio.

Nunc trutinandum est, quale sit Firmamentum quod hic nominatur. Dico esse superficiem Terræ. Duo enim firmamenta dantur à Genesi, unum super cælos plus ac supernissimum, quo præsertim residet Deus aliud super aquas, quod est in quæstione. Sed illud Supernissimum nequaquam esse potest quia loquitur de nostro plano ergo est aliud, sed aliud, quod inferius esse debet, nobis proximè locatur, istud separando tamquam velamen aquas à nostris supernis munus Terræ superficie, quæ aquas, & terram operit, exercebat, ergo superficies est firmamentum aquarum, & terræ, cum hæ utræque in eodem plano subjacent; Itaque reperta est

aeris Creatio , sive Eductio, Haud
ha^ctenu^s excogitata .

Ex eductione aeris peracta a
Deo, clare dignoscitur, aliisque ex-
perimentis, quod tota in aerem,
& totus aer in aquam alternatim
verti possunt, dummodo adhiben-
tur ea , quibus ex aqua aer ex-
citatur .

Duo quidem sunt modi qui-
bus aquæ convertuntur in aerem
unus calore solis , vel ignis , al-
ter projectionis impetu .

Animadvertisendum est quod quæ-
libet aeris particula per motum
soluta , ac sejuncta perseverare co-
gitur, & per consequens aer esse
perdurat; nam si quiete in mas-
sam eæ reducantur , in aquam
rufus revertuntur .

In fluxu aer per impetum , &
lapsum voluminum solummodo
concitatur, continuatque non mi-
nus

nus per eundem impetum , qui solet subsequi , quam pér proprietatem ipsius aeris sursum tendendi , Nam cum prius a Superiori aqua repulsatur , per quod coactus deprimitur , deinde denuo sursum ire quærit , atq. ità iterum , iterumque & plus millies ascensus , descensusque certamen interejus particulas , eamque aquam instituit , quod cum assiduum sit , perpetuo idem perseverat ; ideoque aer fore semper perdurat intus molem fluxus interclusus ut bombyx .

Quod sursum vero versus eat experimento dignoscitur. Uratur igne libanotis , statimque directè hujusce fumus substollitur , sed fumus nonnisi crassiculus aer est , & sursum versus totus dirigitur , ergo aer sursum tendit in fluxum etiam crassiculus , idque evenit ,

aut ob suum et ipsius proprietatem,
eo supra residente , aut ob coar-
tationem aliorum corporum .

Quod eodem tempore , cum
ipse elevetur materiam elevat ,
habentur duæ hic Neapoli de-
monstrationes .

Prima est illa Reverendi Do-
mini Pauli Moccia , qui hic Ma-
gister Epheborum Regis nostri
Ferdinandi Thorace summopere
latus , nec non abdomine , rectus
vehitur ambulando , & ex se ipso-
met revehitur per medium inte-
rioris maris portus summo om-
nium spectatorum stupore .

Alter ejusdem corporaturæ Au-
riga Principis Imperiali vulgo
Francavillæ idem adamussim exe-
quitur . Cujus vero miri phaeno-
menis informatores ultra plebem ,
populumq. qui eos inspicit , esse
possunt Ephebi ; eorum Rectores

Dot-

Dottor Phisicus Franciscus Serao
 Academiis haud ignotus , pluresq.
 nobiles , doctique viri , nec non
 Externi omnes Regum Ministri ,
 qui Mocciam , ac Aurigam per
 mare rectè ambulantes prospexe-
 re . Id manifestè videtur nonnisi
 ab aere oriri , qui cum plus ac
 copiosus occupando eorum corpo-
 ris partes , luctans semper cum
 substollatur , sic se substollendo
 substollit etiam Corpora ac sub-
 stentat , Ita ut illa ab ipso elata
 per mare nil gravitare faciat .
 Est qui asserit hosce per aquas
 sublatos ire ob præmagnam eorum
 corp̄ris latitudinem ad instar
 plumbi pilæ distensæ , quæ sicuti
 plexa in aquas profundat , ita tota
 futiliter extensa super easdem
 eminet ; Hic dicit bene , sed ma-
 le probat ; Dicit bene si eorum
 corpus , uti plumbum pilæ ex-
 ten-

tenderetur , sed illud servatur integrum , per quod plus minus est necessariò gravitandum , consequitur igitur , quod male probat , & quod aer eos unicè allevat .

Si igitur hoc agitur in solida , quam magis in fluida , scil. in fluxum eveniendum est , ergo causa potissima videtur esse fluxus aer .

Tenacitas in undis maritimis ex Chymica demonstratur , nam omne genus Salis , Nitri , Aluminis , Vitrioli , & denique bituminum fuit in eis repertum , sed hæc generà omnia testacea sunt , ut de singulis inest evidens probatio ; Ergo immista faciunt eas etiam tenaces , & per consequens quasi firmas .

Quid faciat tenacitas , ex aquis lacus Aspalditis tenacibus videtur ;
cum

cum Vespasianus Imperator in
obsidione Jerusalem observata a-
quarum Lacus tenacitate proje-
ctos in eas fuisse jussit duos si-
mul colligatos Judæos , & aquæ
super se metipsas substinguere ; Ha-
betur insuper ex aquis tenacibus
Saponis , quæ for titer concussæ ,
elevatæ sustentantur . Quod demum
in fluxus operatur , demonstratur
ex eo , quod si super se ipsas mo-
les , per navem licet gentibus
rebusque onustam ascendimus ut
ego , aliquique socii hoc Puteolis
experimentum fecimus , eæ firmæ
permanent earundem ob tenacita-
tem validam qua substantientur , ul-
tra compressionem quæ sola sine
tenacitate malè substinet ; Quod si
solutæ essent aquæ minimèque inter
se strictè plexæ , statim dissolve-
rentur ; Et revera si in Angulum
cujusdam cubiculi coacervetur

quan-

quantitas aquarum per dimidium circumvallata , quæ limpidæ solutæ que sunt , statim corrunt; Itaq. necessaria est ad erectionem fluxus fluctuum tenacitas. Causis igitur probatis fluxus est erigendus, utq. facilius breviusque exponatur versibus obstringam scil.

Vis fluctus cædi facit , atq. Elastica labi .

Fitq. sinu lapsus per sex violenter horas.

Fundus at interea defluxa volumina cogit.

Densior est aqua qua circum infra plexa premuntur .

Pressa, & ab aere cum quoq. sint elata superstant.

Tunc moles illis est firma tenacibus æstus.

Æstus ita erigitur, nec sol , nec Luna laborat.

Haud

Haud mihi sint laudes, causæ ni
forsitan errent.

Sit laus tota Deo cum ipsas ru-
dis ore revelet.

Laus , usque Deo , Deiparæq.
Virginī .

C A P. IV.

De circa fluxum Experimento.

CElebris noster Italus Marioti experimentum de motu aquæ adducit p. 1. quod ad rem nostram adamussim facit , nempe in vas tres circiter pedes extensum duos latum , nec non totidem pariter altum è latere fitur rectus XV. pedes tubus , imposito in medium vasis ejusdem pondere octoginta librarum , incipitur violenter projici per tubum ipsum aqua , pondus suble-
va.

vatur ; eo elato ipsæ concavæ interim permanent ; Iterum iterumque similiter immisis vehementer alteris pondus æquiparatur , diuque projectu continuato videntur tandem in convexam figuram redactæ pondere eas superstante .

Oportet , ut causæ investigantur . Reperitur primo lapsus aquarum per tubum , quæ violenter dejiciunt .

Elasticitas secundo , quæ sicuti in supernas æquorum aquas efficit , ut quodq. volumen simul cum alio cædendo delabatur , Ita quoq. per eamdem infrà hinc inde excurrentes aquæ utrinque obstringantur , simulq. arctæ coagulentur . Situs , quo insunt , nempe vas illud cum breve sit , ac obstrictum , jam angustus brevisq. evidenter appareat . Compressio vero aquarum à pondere

dere eas superimposito esse dignoscitur .

Animadvertisendum tamen est , quod præfata compressio licet superna sit , per latera tamen semper operatur : Alias nisi ita operaretur , aquæ per eadem latera statim diffunderentur , ac probatur , quod pondus supernum lateralí compressione utatur , ex aqua in diota contenta , quæ licet desuper plumbea lama opprimatur , Lateraliter tamen premitur , dum per sifunculum extollitur . Observatur etiam tenacitas , quæ ex sola aquarum natura produci interdum solet , cum per compressionem arctè obstringuntur ob plus ac plexum inter eas ligamen , probatur Dum firmæ substantientur , sub pondere atque hinc oportet ut tenaces redactæ sint . Postremo aer continetur in aquis experimen-

menti : Excitatus & copiosè per lapsum , qui fit per tubum sub pondere necessario sublevari coactat. Hæ sex igitur sunt causæ, quæ faciunt experimentum , sed eadem pariter faciunt fluxum , ergo fluxus , & experimentum , eisdem causis compinguntur , atq. elevantur , sed utriusque quoque est effectus, idest convexa figura, sive sphæroides , ergo utriusque sphæroides eodem etiam modo efformantur sed causæ fluxus fuerunt probatæ , & modo experimendo confirmatæ, ita igitur fieri demonstratur .

C A P. V.

De Sphæroidis Æstuum formationis causa.

Familiari Uter experimento .
F Observeatur quæso Arctocreas prius complanatum , deindè in convexam figuram vix decoctum; Eia age Referetur , pleraque ejusdem superna pars vacua reperitur , assiduaq. fumi egressio inspicitur .

Sed fuerat prius complanatum inde in testudinem effertur , & fumus interim ex eo exhalatur , ergo fumus , arctocreatem in convexam figuram formavit , scilicet in sphæroidem , sed fumus est aer licet crassulus , sicuti hic in eodem fluxu , ergo aer illud
ere-

erexit, perfecitque in sphæroidem;
sed præfatus fluxus in sphæroidem
pariter completur, intusque aer
sursum tendendi semper decertat,
& operatur ergo aer æstuum sphæ-
roidem congruè efformat.

En eadem speroides arctocrea-
te clarè explicatur, cum fieri pla-
netarum cura prius desiderabatur.
Inspiciatur opus; quo sit reputa-
tus & Auctor.

Si bona dicta refert; & bonus
auctor erit.

Si mala dicuntur, tum ptojicia-
tur in ignem.

Mox opus; ut pereant esse, fuif-
fe, simul,

Auctor & opprobriis onorari jure
meretur.

Huic scriptis tantum munera di-
gna decent.

supra Errata Correpta

Pag. 14. Secundæ Dissertationis penetrare penetrari

Pag. 20. Ejusdem Aquæ vero maris in compressionem fluxus redactæ censeantur in tot folia distributa quolibet eorum bituminibus , aliisque id generis , ut ita dicam fucato ultra maritimum salem , qui ex semetipso intactum corpus etiam tuetur , uti demonstratur ex carne porcina , quæ falsa diutissimè asservatur . Sed hæc innumera aquarum folia tenacia sunt , hinc strictè adhæsa glutinari simul debent , ac glutinantur , cumque cuncta uniter plectantur una firma , ac valida fieri potest tota earumdem aquarum moles æstus quasi solida , ita ut operetur semper talis etiam ; quod ita sit , habetur pagina 18. 19. Secundæ Dissertationis ex æstu , qui Ulyssipone evenit motu Terræ non orientis Lunæ causa . Nam pro eo æstus ipse auit etiam liberè per solidæ viæ tramitem in publicum ingredi vectigal , quo postquam maxima damna intulerat per eundem tramitem in mare remeavit , ex quo evidenter demonstratur robustus , ac validus effici tenacitate compressus fluxus , dum per solidæ progreditur , operatur , re-

rediitque. Quod in quasi solidum aqua
redagi possit mixta per res tenaces in
quodlibet folium habetur ex pulte, quæ
super juscum in patinam extenditur,
ob rerum tenacitatem qua plexis simul
tot innumeris foliis ejusdem uti char-
tarum quasi immensa congeries formari
pollet pene solida fluxus materia, aut
ad instar argenti vivi massæ, quæ ex se
adstans optime sustinetur.

Itaque fluxus marini Dissertationis,
causis nihil deficit nisi hominum ap-
probatio, si velint, excogitata qui-
dem nova sunt nondum a creatione Mun-
di dicta, nec probata, uti ego demon-
stravi sed ad gloriam Dei nostri, qui
meus amor est, & Beatissimæ semper
Virginis Mariæ Dei Genitricis Matris no-
stræ per Joannem Apostolum significatæ.

20